

Prologus.

tribulationis. et de his liberabo vos. Ne timeatis ne hesiteris: quoniam deus vester est. Et qui secuta mandata et precepta mea dicit dominus deus: ne ponderent vos peccata vestra ne superent se iniquitates vestre. Et qui constringuntur a peccatis suis et obregunt ab iniquitatibus suis: quemadmodum ager constringitur a silua. et spinis regitur semina eius per quam non transit homo. et excluditur. et mittitur ad deuoracionem ignis.

Explicit liber Esdre tertius. Incipit prologus beati Hieronymi presbyteri in librum Tobie.

Promatio et heliodoro episcopis: Hieronymus presbyter in domino salutem. Mirari non desino exactionis vestre instantiam. Et quis enim ut librum chaldeo sermone conscriptum: ad latinum stilum transferret: librum utique tobie quem hebrei de cathalogo diuinarum scripturarum secantes bis que agiographa memorant manciparunt. Feci sane desiderio vestro: non tamen meo studio. Arguunt enim nos hebreorum studia. et imputant nobis contra suum canonem latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicatis phariseorum displicere iudicio. et episcoporum iussionibus deseruire: insati ut potui. Et quia vicina est chaldeorum lingua sermoni hebraico. vtriusque lingue purissimum loquacem reperies. vnius diei labores arripui. et quicquid ille mihi hebraicis verbis expressit hoc ego accito notario sermonibus latinis exposui. Oracionibus vestris mercedem huius operis compensabo cum gratia vobis didicerom me quod iubere estis di-

gnati: complese.

Explicit prologus in librum Tobie
Incipit liber Tobie. Capitulum I

Tobias ex tribu et ciuitate nephtalim que est in superioribus galilee super praenaalon. post viam que ducit ad occidentem in sinistro habens ciuitatem septem: cum captus esset in diebus salmanasar regis assyriorum. in captiuitate tamen positus viam veritatis non deseruit ita ut omnia que habere poterat quotidie concaptiuis fratribus qui erant eius genere impartiret. Cumque esset iunior omnibus in tribu nephtalim: nihil tamen puerile gessit in opere. Denique cum uent omnes ad vinculos aureos quos hieroboam fecerat rex israel: hic solus fugiebat consortium omnium. et pergebat ad hierusalem ad templum domini. et ibi adorabat dominum deum israel. omnia primitiua sua et decimas suas fideliter offerens. ita ut in tertio anno profectus et adueniens ministraret omnem decimationem. Hec et bis similia secundum legem dei puerulus obseruabat. Cum vero factus fuisset vir. accepit uxorem annam de tribu sua. genuitque ex ea filium nomen suum imponens ei: quem ab infantia timere deum docuit et abstineret ab omni peccato. Igitur dum per captiuitatem deuenisset cum uxore sua et filio in ciuitatem ninium cum omni tribu sua. et cum omnes ederent ex cibis gentiliu: iste custodiuit animam suam. et nunquam comminatus est in eis eorum. Et quoniam memor fuit domini in toto corde suo. dedit illi deus gratiam in conspectu salmanasar regis et de-